

liberationem; sed etiam victoriam, felicem rerum eventum, & quicquid optari potest. Tot gratijs faulſe civitas e celo donata, quæ arcu per gyrum obſeſſa? Quid? Virgo Mater, gloria Domini ſuper illam eſt orta: & cum ex eius oriente dimanet, quicquid in felicitate optari poſſit; eius gratia, quoniam eius, vel procedit ultra vota: equidem ex obſeſſione non ſolum concedit civibus libertatem, ſed hoſtium obſidentium ſubiectionem: non ſolum felicem ex oppreſſione eventum, ſed feliciffimum triumphum; ita ut in muris nec militibus nec armis eſſet opus, cum tubarum ac equorum non audiretur ſtrepitus: igitur rpleniſſimam obſeſſis contulit Virgo victoriam, per obſidentium à muris turpem, præcipitem fugam: probroſus enim imbellis armis Turcarum exercitus, Præcipitante fugâ per apertos evolat agros, Amplior gloria ſignatur urbis, auxilio Virginis-Matris. *Acciſcabunt filij peregrinorum* (Malucend. Exteri, alienigena) muros tuos. Civitas que fuerat ab hoſtibus, exteris à fide obſeſſa, non habebit laborem in munimen: qui obſederant in præſidia & propugnacula habebunt reſtaurationis laborem. Magnum fanè: cecidit ergo in augmentu gloriæ; quod qui capti ex obſidentibus, reedificaverunt muros, quos quaſſaverat exercitus. Vienna ficine plus floret.

Stat muris munita loco, muroque tenaci, Ut benefacta manent ſolidi fundamenta muri. Ergo in myſterij & gratitudinis complementum. Chori iam adiungunt, quod pridem arma ſonuerunt. Congaudent univerſi, ex eius protectione, quæ exoritur gaudium mundi: equidem in muris videtur ſalus ubi inimicorum inſultabat exercitus: Intèque corda grata erumpunt encomiali- cè in laudem, cum in ipſo diſcrimine inveniffent ſalutem. Occupat ſalus muros, Septuagint. legunt: Sculpturæ, id eſt, imagi-

nes. Imaginis erunt gloriæ Domini, que ſuper urbem orta, dum à copijs hoſtilibus eſſet magis oppreſſa: gratiſque pater animos, cum ibi formeret laudantium chorus; igitur imago obarati gratiæ multiplici peccatoris, ſi in muris collocatur imago liberatricis. Franguntur hoſtium anſus, ubi auditur chorus: equidem ut civitas effloreat ſine periculo, ſatis Virginis orientis imago; ſi collocatur crebris laudibus pro muro. Eius lauderetur in imagine nomen, quæ ab obſeſſione ſoſcitavit civitatem. Reſonat in portis chorus, eius nominis extendatur plauſus: igitur caput imperij truceſcentiam ſubiret ſervitutem; Virgo — Præſentem ni tribuiſſet opem. Reparat ſupremam femina cladem. Fortunata dies.

Quomodo per Mariæ dulciſſimum nomen, Imperium in poſterum habeat tutamen; dicemus Tautolog. 10. Didasc. 4. num. 16. Semper faulſta arbor cui innititur Iris, inquit Plin. lib. 21. cap. 7. Valde arcus cæleſtis (ſignum pacis) ſpecioſus in ſplendore; fulgens ſeſtivo colore triplici, multiplicatione gratiæ. Sic Virgo, quaſi arcus refulget inter nebulas gloriæ: quando equidem totus mundus donis ornatur, dum illa nobis exoritur. Propriet magnitudinem gratiarum (inſit Hugo Charenf. in Pſalm. 64.) benè congruit, quod in Sempiterni nata eſt, qui eſt plenitudinis. Ex illius nativitate planè centeſimus fructus: de plenitudine eius omnes accepimus. Soufa, lib. 3. à v. 512. accinit Fertile delictijs ver eſt, autumnus honore Naſcentis Mariæ ſublimia ſidera tangit. Corpora debilitet quævis autumnus, & agros Corripit varijs hominũ languoribus artus Damna ſemper præſat ſpes opportuna ſalutis, Alma parens Chriſti, qua nobis orta ſub illo eſt.

Et Tauri cori fac ta fuga.

Germ. Brix.

Verſio.

Unde in ſpici de illi vic- toria?

Fanſi. Adrelin

Septuagint.



TAUTOLOGIA OCTAVA.

HÆC DICIT DOMINUS ISRAEL AD PASTORES, qui paſcunt. Ierem. 23. v. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.

TEMPUS eſt, ut iudicium incipiat à domo Dei: equidem qui honore, poenæ condignæ flagitijs expertes; ut reſponderet flagitijs, in ipſo exercitio ſeſe privarunt honore. Regiam quidem poſteſtatem, omnes omninò magiſtratus complexam, & inſuper ma- ximis Sacerdotijs conſecratam fuiſſe (ait Plutarch. in Gracchis) nihilominus Tarquinius exactum à populo Romano, & propter unius Regis ſuperbiam, regium nomen ſub quo Roma conſiſta, atque adauſa fuerat; omninò extinctum fuiſſe. Quid ita ſanctum aut religioſum ut Virgines Veſtales? Tamen ſiqua ipſarum deliquerit, vira ſuffoditur. Deſi- nunt enim ſacroſanctæ & inviolabiles eſſe; dum adverſus Deos delinquant, per quos ſacroſanctæ & inviolabiles habebantur. Nil mirum ſi dicatur à Propheta: *Va paſtoribus* Iſrael, ſub peccato venundatis, & captivitati ſine honore tradendis: igitur dignitatem prævaricantes amiſerant, per quam ſacroſancti & inviolabiles erant. Quis tanta confidentiâ, ut ſacerdotem audeat violare? inquit Plaut. in Rudens. Act. 3. ſcen. 2. verſ. 36. Crimen, ſi comitatur ſacroſanctum ſacerdotem; qui moribus Fraudis, ſceleris, parricidij, perituri plenus, Legirupa, impudens, impurus inverecondus.

In gra- titudinè victoriæ, pro mu- ris col- locatur imago Mariæ.

Benav.

Epi- gram 10

Cur Iri- di eſſe- tur Vir- go ſuga- i Turca- rum exercitus?

Huga Char.

Melli Souli.

Plutarch.

Qui ſacri per miſiſſe- rima. ſi cri- minoſi, vio- labiles ſunt

Plaut.

Gregot Mago.

Improbi Ec- cleſiaſtici ruina recipi- biles.

Dum irri- tant.

Ezech. 34

Ierem. 2. Unde paſto- ris ſine viſi- tatione viſi- tatio gre- git

2. Custodes in vineis poſiti, noſtram vineam minimè cuſtodimus; quia dum extraneis actionibus implicamur (bonus paſtor informat. Homil. 17. in Eoang.) miniſterium actio- nis noſtræ negligimus. Nullum puto ab alijs maius præiudicium, quam à ſacerdotibus to- lerari Deus; quando eos quos ad aliorum correccionem, dare de ſe exempla prævitatis cer- nit; quando ipſi peccamus, que compeſcere peccata debuimus. Plerumque ſi quos humiliter, ſi quos continenter vivere conſpiciunt, irident. Conſiderate, quid de gregibus agatur; quando paſtores lupi ſunt. Hi enim cuſtodiam gregis ſuſcipiunt; qui inſidiari gregi Do- minico non metuunt, contra quos Dei greges cuſtodiri deberant. Nulla animarum lucra querimus, ad noſtra quotidie ſtudia vacamus, terrena concupiſcimus, humanam gloriam intentâ mente captamus. Ad exteriora negotia delapſi ſumus: & aliud ex honore ſuſcipi- mus, atque aliud ex officio actionis exhibemus: ad noſtram poenam honoris nomen, non virtutis tenemus. Sed quid nos (quod tamen ſine dolore dicere non poſſumus) quid nos, o paſtores, agimus, qui & mercedem conſequimur, & tamen operarij nequaquam ſumus? Cuius damnationis, hic ſine labore percipere mercedem laboris? Veniet, veniet proſectò ille dies, nec longè eſt, in quo paſtorum paſtor appareat, & uniuſcuſque facta in publicum deducat: & qui modò ſubditorum culpas per Præpoſitorum ulciſcitur: tunc Præpoſitorum mala per ſemetipſum ſœvius damnet. Unde & ingreſſus in templum per ſemetipſum qua- ſi flagellum de ſuniculis fecit: & de domo Dei pravos negotiatores eiciens, cathedras ven- dentium columbas exertit; quia ſubditorum quidem culpas per paſtores percudit, ſed paſto- rum vitia per ſemetipſum ſerit.

3. Ideo ut vidimus, dicitur: *Va paſtoribus*. Hieronym. O paſtores! O admirationis particula eſt. Mirum utique, quòd ita proterva ſacerdotum corda; ut nec moverent in- ſententiam mala ventura. Vos diſperſiſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſita- ſti eos: ecce ego viſitabo ſuper vos maliſſimam ſtudioſorum veſtrorum: ait Dominus. Viſita- tioque, par erat, eſſe gratiâ; erit ſeveritas propter maliſſima ſtudia. Viſitarunt enim gregem: quomodò ergo Dominus inſiciatur viſitationem? Non viſitant, ut auferant eli- minantes mala, ſed ut evacuent ſubditorum ſerinia: canes muti non valentes latrare, modò valeant aliquid præciter deglutire: ecequum ſi dextera repleta munetibus (gratia- rum

rum conciliatoribus) nil apparet, nihil est, in quorum manibus iniquitates sunt. *Quod infirmum fuit, non consolastis; & quod agratum, non sanastis: quod contractum est, non alligastis; & quod abiectum est, non reduxistis; & quod perierat, non questistis.* Ezech. 34. 4. Quod moritur, moriatur: quod succiditur, succidatur: si non illorum commodum, quid ad illos? Verum si micat, & spem aviditas explorat; quæ iurè fastidiant, postea in ore suo complacebunt. Hæc est malitia studiorum. Non gregem sed semetipsos pascent. Unde, *si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificent super eum prælium: igitur larvæ integerrimæ iustitiæ & Religionis, ipsas virtutes eformant iniquitates.* Vide infra, num. 20. Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum: qua de causa prætermittens in visitatione agros, valcates dicens agros; propter malitiam studiorum, si famelicum marsupium, agros designat, qui sani: languentes, qui robusti: lædit illos, & percutit specie medicaminis integros, audacter demonstrans salutem infirmitatem, & simul ad placitum infirmisimam salutem.

Munera deaurant scelera.

Mich. 3. 5.

Iuvenal. Satyr. 6. N. 46.

Pastor pro rectore.

Tertullian.

Clem. Alex.

Iov. Pont.

Natal. C6.

Quid sit procuratio in muneris salutis.

Ioann. 21. 18. Dei iudicium compescit audaciam Præsulum.

S. Benèd.

O medici, medici! Mediam perturbatis venam.

4 Non novum Reges, Principes, Rectoresque Reipublicæ, dici populorum pastores; quippe iustitiæ ac prudentiæ moderator subditos regit, sicut pastor gregem suum pascit. *Itai. 44. 28. Qui dico Cyro: Pastor meus es, Ezech. d. v. 23. Suscitabo super eas pastorem. Idem Zachar. 11. 16. & 13. 7. Percute pastorem, ex quo Matth. 26. 31. Fiet unum ovile, & unus pastor: Ioann. 10. 16. sic alia plura & obvia, qua metaphora plena prosum folia sacra; quæ Sacerdotes, imperatores & Principes populorum indignantur pastores, cum illorum curæ sit, hos custodire sicut pastor gregem suum. Tertullian. de Iudic. Dom. cap. 2. v. 13. fuccinit:*

Qui sibi complacitum hominem formavit in ovem Pastorem pecudum, & dominum dedit esse servarum.

Pastor igitur sufficitur pro Præside, in orbis moderatione. *Regebat imperium uti pastor: dicit Aristid. in Antonin. Philosoph. Homer. 9. Iliad. v. 91. Pastores populorum, & Ducis custodiam.* Astipulator Clem. Alexandrin. *Quemadmodum ergo pastoralem artem (ait) dicitur. cap. 14.) ovium curam gerere dicimus; ita etiam legum servandarum artem dicimus, qua gregis hominum curam gerat & providentiam. Quod si grex, qui à Domino dicitur allegoricè, nihil aliud est, quam grex hominum; idem erit bonus pastor, ac legislator. Hinc Ianus & Apollo inter Ethnicos dicti pastores, & facti; de quo Herodotus, lib. 3. à n. 27. & Iovian. Pontan. Uran. lib. 1. accinit:*

Hunc & pastorem converso nomine dicunt, Quod pascat quicquid sub cæli nascitur oris; Quodque fores nascentum aperit, quod claustra relaxat Gignentum, tenerosque educit in aëra fetus. Hinc Iano nomen fecere, hinc nomina Præbo Ipsa dedit species, nitidoque in corpore fulgor.

5 Astruit propius argumento Natali Comitibus. Inde Apollo pastor (inquit 4. Mytholog. cap. 10.) cum Reges antiquitus & gubernatores Civitatum pastores dicerentur, ad custodiam pecudum similitudinem; qui non minus utilitatem suorum Reges antiqui procurabant, quam pastores pecudum, vel patres filiorum. Appositè dicit *Procurabant in regimine; quippe totum studium in utilitatem alienam cum vigili sollicitudine. Hæc significatione accipitur illud Luc. 3. 1. Procuravit Pontio Pilato Iudæam.* Absentis imperatoris negotium: quo etiam sensu Adherbal (ut inquit Salustius in Bell. Iugurth.) Senatui Romano dixit: *Pater meus moriens mihi præcepit, uti regi Numidie tantummodo procuratorem existimarem meam; ceterum ius & imperium eius penes vos esse. De Piamenito victo à Cambyse, dicit Herodot. d. n. 5. Qui si compertus fuisset, non affectasse res novas, accepisset Egyptum, ut eam procuraret.* Vernacule: *En administration, non en proprietad.* Hic cardo prudentiæ in ovium rationalium exactâ moderatione. Signat Christus, gregem in absentia tradens Petro. *Pasce* (inquit) *oves meas.* Non tuas, cui pastor, cui congruit in tertis supremus honor: etenim florebit in regimine speciositas, ni proprias cogites, sed à Domino creditas: prudens enim pastoris principatus, modò pendat, quod rationem redditurus. Aurea in articulum Gloriosi N. Patriarchæ sententia. *Ita se (de pastore dicit Regul. Sancti. cap. 2.) omnibus conformet & aptet, ut non solum detrimenta gregis sibi commisi non patiat, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat: sciatque quia suscepit animas regendas, & præparet se ad rationem reddendam: & quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum; agnoscat pro certo, in die iudi-*

Iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est Domino rationem sine dubio, additâ & sua anima: & ita timens semper futuram discussionem pastoris de creditis ovibus; cum de alienis ratiocinij cavet; redditur de suis sollicitus. Floride Gabriel Bugnotius hic.

Sic pastor non spernat oves: oviumque salutem Sedulus intendens in leviora nimis. Quod sit tanta sibi ratio reddenda Tonanti. Quantum ovium numerum noverit esse, putet. Non scius & propriam curaverit ille salutem, Sicque gregis fiet, felicitusque sui.

Bugnot.

Siccine gregis bonus pastor sollicitabit salutem, quin exerceat ex potestate tyrannidem; ut iudicium habeat, qui expectando formidat: igitur in furorem præceps corruet, quem Dei iudicium formidandum non compescit.

6 Cum populus Israël Numen offenderet, & ab ira concepta revocari cuperet; Sacerdotes, illius pastores, in propitiationem, qui misericors constituit. Proh dolor! ipse queritur. *Quasi de eis virum, qui interponeret septem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam; & non invenit.* Ezech. 22. 30. Sicut populus, sic sacerdos. Uterque profanus, atque in idola pronus. Suspendere debebant gladium evaginatum in gregis supplicium; sed Sacerdotes ipsi adiuverunt in malum. A Numine delinquentes patiuntur, per quod sacrosancti ac inviolabiles habebantur, abominabiles facti in studiis suis; uti hypocrita, insolentes, tyranni, famivenduli, vaniloqui & seductores, attollentes cristas, quippe pruriebant potestas. *Hypocrita.* specie honoris Dei proprium quærentes honorem. *Malus, ubi bonum se simulat, tunc pessimus.*

Cur sacerdos res instituit à Numine?

Pastores im-probi, hypocrita.

Publ. Syr. 11. 15.

Gregor. Mago.

Florent.

Senec. Non querit virtute, sed virtutis nomin.

Florent.

Senec.

In throno Præsidi in-solentis.

Rapacis.

Pontan.

Ierem. d. Quorum malitiosus studium

Ezech. 21. 19.

In pios invehuntur, quasi cælo Domini duccentur; eius specie appetentes legem, verum servantes vafro sub pectore vulpem. *Se pastores sanctos hominibus exhibent; atque in oculis suis videri turpes ante interni arbitri oculos, non erubescunt: inquit Gregor. quod sup.*

Blandius aridet pellaci flore cicuta, Et tamen interius, quo perimamur, habet. Sic vitium specie sese virtutis obumbrat.

Ait Florentius, Schaonh. *Embl. 37. Fallit enim vitium specie virtutis & umbra: siquidem hypocrita nomine virtutis non virtutem sequuntur & assequuntur; sed nomen. Ad nomen ipsum avolant (ait Senec. de Vita beat. cap. 12.) quærentes patrocinium aliquod ac velamentum, & vitij dedit, luxuriam suam in Philosophiæ sinu abscondunt.* Servant enim & observant simulationem, ac dissimulationem, insidiosam propositò comitatem; ut studium lateat quasi, sub sanctitatis imagine, floreatque larvata commoda sub legis ac Numinis reverentia. Unde ille qui dudum ibid. inquit

Habitat sub pectore cæco

Ambitio, & morbum virtutis nomine iactat.

Furantur verba mea: queritur Dominus per Ieremiam, d. v. 30. Ex nomine zeli, grande sibi nomen, ac muneris arbitrantur celsitudinem, quasi loqueretur Deus: furcumque apparentiæ vocat Dominus; quippe claudicantes in semitis suis, appellat rectitudinem velamina Religionis. *Designant ergo (subdit Senec.) inconvenientia iungere, & virtuti voluptatem applicare; per quod vitium pessimis adulatur.*

7 Insolentes igitur simul erant causâ muneris, cum tutò lupi, & dignitate pastores, Apollo, ut vidimus num. 4. dictus est Pastor, & etiam Lycius, seu Lycophos, idest, Lupus; ut observant Paulan. multis in loc. & Gyrald. *Sinbagm. 7. num. 9. nolque in Ephe-mer. 29. lanuar.* Lupus qui pastor est, uti horum pastorum emblemata sit: igitur si Apollo Sol, maius illis studium rapacitatis, ex splendore muneris.

Ut lupo insidias meditatus, pasceat circum Insectatur oves rabie ferax & ferus armis; Pertentatque aditum, & septis sese ardens infert, Dentibus infrendens, & morsus exasperat iras; Hinc Lycius sibi nata Deus cognomina fecit.

Succinit Pontan. d. Hæc est malitia studiorum, Sacerdotum, pastorum; quam carpit Propheta Sacer: igitur præ potestate prolubia, lege deaurata decrura. *Student iniquitatis:* legit Arabic. Illis neque ius, nec lex: quandoquidem quod nequibant iure, adipiscabantur arte, circumventionis molimine, atque artificio calumniæ; ut cadentes technis sub embolij, qui qui candore innocentes. *Calumniabuntur calumniam, & respiciunt*

Ton. VIII. Taur.

Ddd

vio-

violenter. *Egenum & pauperem affligebant, & advenam opprimebant calumniâ, absque iudicio.* Iustitia quam vulnerata, ubi iudicium pauperum mera calumnia. Signant Verhones. Pagnin. *Opprimebant oppressione.* Lege opprimere nequibant, & imposturâ opprimebant. Ar. Montan. & Syr. *Afflictum populabantur: tyrannicè tractarunt atque dolose.* Ut cadat virtus, sufficitur dolus; quia se posse putant, quicquid fieri posse cogitant. Septuagint. *Diripientes rapinas* (pro rapinis) impetu rapacitatis, inhiantes uti lupi alienis commodis: etenim ita disposita in Præsidum fraude studiorum malitia; quod rapina in usum traheret, quicquid impostura in tribunali non potuit. *Audite Principes Iacob, & Duces Tigurin. Pastores domus Israël: numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum & diligitis malum? Qui violenter tollitis pelles de super eis, & carnem eorum de super ossibus eorum? Non solum excoriant, sed etiam devorant in adinventionibus suis: igitur ita vasè student pro rapinis in malitiosa molimina; quod subditos denudent usque ad ossa.* Hispanicè: *Hasla dexarles mondos en los buellos. Cum reprobi pastores præsumunt, principale eis propositum in rapina subditorum. Quò præsentia ardentius concupiscunt; eò avidius oblata accipiunt, & non oblata violenter tollunt: innocentibus insidiantur, debiles opprimunt, mœra accipiunt, turæque pervertunt: de his pastoribus Propheta: Pastores tui lupi. Calumniatores innocentium, pariter & oppressores.* Ita Gregor. Magn. lib. 5. in libr. Reg. cap. 2. & Homer. 17. *Odyss.* v. 246.

Quæstus
Mich. 1.
Vcl. 4.
Gregor.
Magn.
Homer.

Pecora mali corrumpunt pastores.

8 Unde huiusmodi effrons insolentia? Sicine inquirent & inveniunt commoda. Via trita est, & impunitatis eius; quo in tribunali pro iudicio aviditas gregem studiosè circumcivit, querens quem devoret. Pungit Iuvenalis, *Satyr.* 1. à v. 73.
Aude aliqui brevibus gyaris, & carcere dignum, Si vis esse aliquid. Probitas laudatur & alget. Criminibus debent hortos, pomaria mensas, Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.
Hæ dignæ pastorum dotes, queis per scelera ascendunt in dignitates. *Malè consultis pretium est:* ait Manil. 4. *Astronom.* cap. 1 v. 110. Maximi honores deferuntur pessimis, titulo qui tantum infatuatur pastoris; dum iacent languentes, laceri greges, victimæ voracitatis: quorum (ut signat Ovid. 8. *Metamorph.* fab. 11.)
Dura cutis, per quam spectari viscera possent: Ossa sub incurvis extabant arida lumbis: Ventris erat pro ventre lacus: pendere putares Pectus, & a spina tantummodo cratè teneri.

Per scelera
adipiscitur
fastigium.
Iuvenal.
Manil.
Ovid.

9 Ita greges arent, vix ossibus hærent; igitur pastores insolentissimi fures.

Hic alienus oves custodit bis mulget in hora: Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Infelix ô semper ovis pecus!

Virgil.
Pastores iu-
pi.
Zach. 11. 5.
Vcl. 7.
Quanta per
illos mole-
stia gregi.

Ut accinit Virgil. 3. *Elog.* à v. 3. Sub metaphora geminæ virgæ portendit Zachariâs quicquid operatur huius furfuris pastores, facti divites ovium laceratam plagis: *Qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant, dicentes: Benedictus Dominus, divites facti sumus.* Hoc opus eorum, dum dignitatis occupabant fastigium; quapropter in signum, duplicis virgæ horum demonstratur scēptum. *Assumpsit duas virgas, unam vocavit Decorem, & alteram vocavit Funiculum.* Funiculum subditis, decorem pro dignitate pastoris, auctoritate abutentis: igitur in regimine studiosa malitia, superbissima insolentia; decorem fonnare Præsidum, quod tormentum subditorum. Cunctis iniurijs obnoxii subditi iacent, dum illi decore pro dignitate fulgent, virgis signantibus & decorem & funiculum, pro regimine pastorum insolentiam: quandoquidem quid ad illos modo fulgeat, quod alij pendeant? Si ex illorum substantia divites facti, ossia clauduntur misericordie. *Non dolebant, & vendebant.* Minimè pastorum decore, ubi ex gregis dolore non est dolor. Subditi vaneunt. Haud in ipso emolumento commodum, si subditi alieni fiunt. Sui ergo non sunt, dum pastores habent apud se. Decore maiestatis deturparatur, quò avidius queritur: siquidem summo Præsidum dedecori, si subditi potestate, potestati tantum subditi. Vernaculè: *No es credito de los Prelados, que los subditos esten como venados.* Illos onerant, & adinstar Ægyptiorum usque in amaritudinem onera gravant. Oritur zramnis clamor, sed non est dolor, potentis auctoritatis splendor. Rident pœnas, potestatis blandicias, firmato maiestatis decore, funiculi amaritudine, quo magis fovetur arrogantia, in tumorem fronte aperta: etenim quod alijs meritò pudor, illis vi-

deur singularissimus decore. Decore sibi à phantasia destinatur, subditis verò funiculus præ se ferretur. Funiculus instituitur quasi ligamen in legem, ceterum virga nitoris in angustiam maiestatem: ex hacine libertatis lenocinium, quippe non sunt sicut ceteri hominum: funiculusque datur gregibus, virga decoris pastoribus; ut illorum obijciatur improbitas, & in regimine insolentissima vanitas: igitur cum ius sit ligari legibus; decorem arbitrantur vivere dissolutos.

10 Denique: His symbolis rapacitas pastorum Præsidum, simulque patet malignitas studiorum. Aliena concupiscunt: quæ non valent subdolis violenter tollunt: innocentibus insidiantur, sumpto in fraudem decore virgæ Præsidum; ut trahant technarum funiculo facultates subditorum. Insunt imposturis, nec valent: embolia cogitant decore muneris, sed minimè terrent: funiculusque in huiusmodi articulo proponitur; ut insolentia Præsidum demonstraretur: equidem ni facultates propter muneris decorem in ictu oculi tradantur; subditi raptim ac miserriam trahuntur. Nostrates vividè: *Insolentes y sin ley, violentamente en sus pueftos, a los subditos siempre trahen arrastrados.* Pende: *Benedictus Dominus, post tot flagitia. Quanta ex iniquitate fiducia! Quam caurritatâ confidentia! Quanta vulneribus sana! O peccati felicitas! Seu prob peccatoris cœcitas, dum vulneribus mirè conciliatur sanitas! Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Esse subditibus delicias computat. Nil grave in sensum duritiem velicari. Percussus non dolent, eriguntur ubi iacent, gloriosi de maiestatis, quasi de observantia legis: quo quidem iudex idolorum minime poenitens, pacem peccatorum videns.*

Pax illis cum morte data: fiducia tanta est.
Ut canit Lucan. 9. *Pharsal.* v. 898. Ipsi dicunt: *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno facinus pacium. Flagellum mundans cum transierit, non venit super nos, quia postulamus mendacium spem nostram, & mendacium prosetti sumus.* Patent sane sine cerebro, arbitratæ posse protegi à mendacio. At quale mendacium? *Virgæ Decorem, atque funiculum.* Abominabile regimen, quod virgam habuerit duplicem. Hoc enim intulit Afferor N. duas virgas in utram prohibet. *Nisi virgam tantum.* Virga, iustitia est, commoneque ius: provertiturque mendacio, dum apparent in morte ad infernum pro iudicio; quippequam sibi & alijs divertas in iure rati sunt leges, pro decore dignitatis, qua tumentur maiore in subditis insolentia; siquidem scelera auctoritatis potestatis impunita. Quid si pax, ubi timor nullus est? *Quam quæque pessime facit tam maxime tutus est.* subdit Salust. in *Lugurth.* Quid, si pravè apponatur cor;

Sentes si pacis honore, Meneribusque dies letos agitare videret?

Extra omnem aleam & leges insulati iudicantur, quia cum hominibus non flagellabuntur. In labore hominum non sunt. Inde pax, inde dicunt: *Benedictus Deus.* Venit in illo muneris decore mors, nullam præbens exemptionem, sed communem cunctis mortalibus legem: decoreque exponitur virgæ superioritatis, & funiculus doloris, pro auctoritate peccatoris: equidem videntes sine exemptione insolentem principatum; pro decore virgæ funem funiculum in suspensum. Dialecto nostra: *Se aborean.*
11 Ex huiusmodi insolentia oritur oris procacitas, atque fastidiosa improbitas; queis fulcitur in opprobria gregis pastoris inflata maiestas. *Honores tui te faciunt insolentem:* dixit Cicero, *Orat.* in Salustium. Maligni sed pusilli elucet animi alienum dedecus ex honore. Ita enim flatu intumescunt; ut illorum dignitas slectatur in subditorum opprobrium, & in maiestatem cedat de quibuslibet ludibrium: quasi insigne sublimioris culminis propudia perficte frontis; cum sab lingua gladius acutus (quo iugulatur honos) impudentissime sistat, palam in dedecus lateat, parrhesia sedeat, quin ab auditione mala vel virtus non timeat, ruptis improbè cunctis repagulis verecundie; præ muneris præsumptione, affectatâ ridicula maiestate, qua cristas attollunt, beccas infarciunt, saxa criticè loquuntur, discretionem phantasticâ infatuantur; quasi inimicè vulnerantes icibus lenocinantur. *Va pastoribus Israël: quod perierat, non quaesistis; sed cum austeritate imperabatis eis, cum potentia.* En soliditas pastorum, in vanitatem celitudine prurientium, & adinstar Caligulae torvum componentium vulcum: igitur cum non concilient sibi commendationem ex dotibus, sed ex frigidis cerebri perforatis phantasmariis (queis cogitant æstimabiliores fieri, dum cercopitheci fannis discretionis facti) iungunt austeritatem & potentiam, præ se ferentes Superioritatis formam: equidem haud illis ad speciem ostentatio superioris culminis, ni vomant è pectore cerebri vacuitates. Sub illorum imperio haudquamquam conveniant urbanitas & maiestas; sed insulsa & cum pipere frigidi-

Gloriantur
de truculentia.
Et vexatione.
Illorum abominabilis pax.
Lucan.
Hic. 28. 15.
Mar. c. 8.
Un e inserter tã cor.
Salust.
Cruce.
Et etiam fœderi.
Cicero.
In honore ex honore inscientia.
Et lingua. et impudentia.
Ezech. 34.
44.
Tom. III. Taut.
Dad a
Eas.

tas, quasi degenerent ab hominum conditione, humanitate præteunt, se somniantes inter Numina propter dignitatis crotala: imperiumque etiam cum austeritate proponitur; ut vel ab incio auctoritas cognoscatur: quandoquidem in imperio non imperium, ni demonstrat austeritate fastidium. Vulgò: Enfado, studioso desensado. Ex utroque trans-eunt in verba, & modestia honorum habere, si studuerint obser-vare. Imperabitis cum austeritate & potentia. Patet adiatrephiam oriri ex abuti dig-nitatis, austeritate atque procaciter in irreverentiam fastidie præcipitis, atque procaciter fo-micis; ex eo quod grex veneratur suum pastorem, quamvis cognoscatur audacem, sum-pta licentia in ludibrium ex patientia subditorum: potentiaque ut comes austeritas; ut confleret quid possit Superioris auctoritas: igitur audaciam vel improbus non haberet, ni potentiam dignitatis connotaret.

Audacia Prog-
suum ex pa-
tientia sub-
ditorum.

Gregor.
Magn.

Et ex pleni-
tudine pote-
statis.

Quod elucet
potentia, est
ignominia.

Apoc. 1. 16

Cap. 5. 6.

Præfidi de-
cet modestia

Tacit.

Virg. 3
Æneid. 9
620.
Aliter, mon-
stra.

Idem.

Augustin.

Demerita in
digni elucet
ex inflatione

12 Audiat Greg. in Ezech. Hom. 1. 1. Innotescere debemus (inquit) in ore pastoris quan-
tus esse debeat ordo: atque consideratio locutionis. Pensare etenim doctior debet, quid loqua-
tur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Nulla insolentis
pastoris consideratio, ni sit ordo: erratque pessimus, infulis elatus; quippe loquitur po-
testate & non potestatis ordine. Quò amplior occurrit honoratus, præclare meritis, acce-
ptione dignior; lingua liberior. Non cogitat quid, cui, qualiter, quando, atque quan-
tum loquendum. Respicit ordinem potestatis, & non potestatem ordinis: ioveque iac-
tabunde vellicentem pervicaciam; quoniam in austeritate dumtaxat videt potentiam.
Potentia pastorum mensuram non habet neque frenum. Fulmen ab ore venit: ait Ovid.
8. Metamorph. fab. 4. Arbitror ventrem amaricari ratione potentia: igitur qui sine illa
modestus, cum illa ita in scommata impulsus; ut bilem stomachosus evomat, quin leviter
nauseat, & ex abrupto proferens, quicquid in buccam venerit. Hæc est potentia?
Prorsum dignitatis ignominia: nihil enim in throno magis dedecori, quam profcendens
do loqui. In visonibus signantur diversa munera, etsi eadem supponatur persona. Ap-
paruit Christus in imagine, & gladius utraque parte acutus exibat ab eius ore; quippe
vividus fermo Dei & penetrabilior omni gladio accipitur. Transit ergo gloriosus in thro-
num, cumque vidit Iohannes Agnum tamquam occisum. Formâ sane varia, sed pastorum
imitabilis forma; ut accepta iniuria, non solum aspero, imò nec verbo explicetur in
throno. Pertulit innocens magna, subijte indigna; ita ut vel in vulneribus rutilaret inno-
centia: at quid ex tantis? In fastigio dignitatis exemplum moderationis: igitur agnus,
estò punctus, estò faucis, estò à subditis occisus; verum in throno ex ore minime gladi-
us. Ad rem Profanus in Vit. Agricol. cap. 9. Arrogantiam exerat: ubi officio satisfi-
ctum, nulla ultra potestatis persona. Pende: Agnus videtur, qui iure pastor extollitur.
Regit & regitur? & in amplitudine culminis? Officio satisfacto, nullam speciem po-
testatis: in agni figura patet, quicquid in pastore elucet: equidem in sedis singulari ma-
iestate, apparet licet ictus tamquam unus ex grege. Quid pastor dicacitate, nec visu faci-
lis, nec vultu affabilis ulli?

Dij talem terris avertite pestem.

Horribile monstrum: igitur in pastore subditi non audiunt verbum, sed pungentem sen-
tiam gladium, utrinde cuspidarim acutum. Fornax ardet in pectore, ex cordis igne: & in
ore micat furoris acumine gladius, dū de naribus eius procedit fumus. Idem lib. 12. v. 101.

Hic agitur furis, totoque ardentis ab ore
Scintilla abstulunt, oculis micat acribus ignis.

13 Siccine cum floreat ad votum iniquitates, sunt arrogantes pastores, utres Ho-
merici, non auro, sed tantum turgidi vento. Omnia vanitas & præsumptio spiritus.
Præsumptio spiritus (inquit Augustin. de serm. Domin. in mont. lib. 1.) audaciam & su-
perbiam significat, & rectè: quandoquidem spiritus etiam ventus vocatur. Quis nesciat,
superbos inflatos dici; tamquam vento distentos? Munere turgent pastores, eius maiesta-
tem summâ ostentatione protegentes, ne decor amittatur, tibi ab indignis turpissimè
possidentur: igitur tantam in se vel ipsi cognoscunt indignitatem; ut in decore culminis
fastu deturpant decorem. Nihil sine dignitate sunt, & fatagunt apparere saltem ex digni-
tate. Non sollicitant dignos fieri, sed videri, ex quo fomes petulantia, & deridiculi mag-
is, cum digladiantur munerum hyperaspita: quandoquidem officio distentis, potestate
inflatis, dum videtur magnificare strenuitatis spiritum; ostentant in lamentum vel risum,
ventum, & ventum. Exercitia, indolem, ac mores Gregorius indicat, & etiam taxat. Ple-
rumque rector (inquit in Pastoral. p. 2. cap. 6.) eo quod ceteris præeminet, elatione cogita-
tionis intumescit. Cum ad usum cuncta subiacent, cum ad votum velociter cuncta com-
ple-

plentur; dum omnes subditi, si qua bene gesta sunt, laudibus efferunt, male gestis autem
nulla auctoritate contradicunt; dum pierumque laudant etiam quod reprobari debuerunt,
factus ab his qua infra suppetunt, super se animus extollitur: & dum se foris inmensa
favore circumdat, intus veritate vacuatur; atque in voces sese spargit alienas: talem
namque se credit, qualem se foris audit, non qualem intus se discernere debuit. Subiectos
despicit, æquales eos vel nature origine non agnoscit: & quos forte potestatis exceperit,
transcendisse se etiam meritis credit. Cunctis se æstimat amplius sapere, quibus se videt
amplius posse. In quodam se constituit quippe culmine apud semetipsum: & qui aqua cete-
ris conditione constringitur; ex equo respicere ceteros designatur: de quo scriptum est:
Ipse est Rex super universos filios superbie. Apostata Angelo similis efficitur, qui homo ho-
minibus esse similis designatur. Vere aurea fort: ergo in pastorum cordibus scripta sunt;
ne ambulent in magnis & mirabilibus super se: equidem d. in se arbitrantur vento di-
stenti extra homines; præsumptione & arrogantia convertuntur in demones.

14 Hæc, ut dixi alibi, dementia Caligula. Vide argumentum. Pastor ovium non est
ovis: ergo hominum pastor homo non est, sed aliquid ultra hominem. Quid ergo? Na-
raen. Illustre ratiocinium! O delicias hominis! Ex subiectorum affluentia cum animus
inflatur, mens à superbie fastigio lenocinante corumpitur. Homo cum in honore esset,
non intellexit. Sine intelligentia non homo; & rationis sensus absorbit fastus: & se iure
negavit hominem, quippe nemo cognovit rationalem. Videbis Achillem Boech. Symbol.
66. Sum tibi vas, pastoris stulti: id est, insignia, dicit Dominus Zacharia. Latè exposui-
mus & in idem propositam textum & contextum, Tom. 4. Lib. 2. D. 5. an. 14. Adfisc cogi-
tata, sed modò illustranda sententia luce novâ. Insignia pastoris fatui notantur; addicque
Vates: O pastor & idolum! Quid idolum in fatui pastoris signum? Vividum profectò
speculum. Idolum Deitate repræsentat, & conditionem ultra humanam indicat: infu-
lisque pastoris ornatus, pastor vocatur stultus; quippe stulticia: sum ne notissimum ipe-
cimen, Præfulem per dignitatem sese iudicare Numen. In officio pastoris idolum verè,
pastor voce, larvato Numine ex adoratione pictæ; sed stulticia & demeritis: expressio-
ne, ostentatione indignum, & stridore infularum: idolumque merito vecors abderiti-
cè dicitur, dum stupide dignitate ultra dignitatem extollitur; quippe quæ pastoris ho-
minis sceptro portans imaginem in alteri dignitatis, Numinis omnipotentis anhelat ado-
rationem. Hieronymus hic subdit: Pastor stultus & imperitus (ubi nulla in pastore regi-
minis per artem experientia; cuncta decernit, & antecicè, præceptis stulticia temeraria;
equidem perulens in eloquium, quouque ætas roboret cerebrum. Vide Plin.
lib. 11. cap. 37.) non dubium quin Anti-Christus sit. Anti-Christus? Utique. Suis colo-
ribus pingitur in tabula Pauli. Homo peccati, filius perditionis, qui aversatur & extolli-
tur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat, ostendens
se tamquam sit Deus. Quid mirum quòd supra Numen, qui se exultare ultra hominem. Fi-
lius sanè perditionis, & germen iniquitatis, falso pastor, verè idolum; intendens sibi, in-
fuis Numinis cultum. Quod negavit natura, concessit fastu arrogantia; quin vel leviter
commendaret merita, imò uti compendium criminum, eius notefceret solium, orbe
commoto ex proposito superbo, pruritu superioris dignitatis: siquidem clades orbis;
quòd iniquior hominibus cunctis, & inter demones pessimus, ita fastigio dignitatis sto-
lidus, ut cogitaret à subditis adorari tamquam Deus. In culmine amplioris muneris
filius perditionis? Potestatis impulit in huiusmodi delirium, avacuans vento adorationis
cerebrum, indicatæ interiori malitia ab exteriori insolentia: quandoquidem ut con-
suetor regi regimen, in eius miserandam stragem; præ dignitate uti Numen concupiscet
adorari, cui ex merito congruet propter flagitia perire.

15 Vasa pastoris stulti. Verum quænam? Vasa pastoris (inquit Doctor Maximus) in-
signia illius & habitum debemus accipere: peram, baculum, fistulam & sibilum. De baculo
& pera diximus loc. cit. Quorsum fistula, inter stulti pastoris ornamenta? An quia solum
flatu sonat, ac vento inflata voces minurizat? ergo sit: pastor stultus adinflat fistule ex
ligno perforato torus vox. Arbitror indignitatem pastoris signari fistule similitudine ex
dignitatis dedecore; quippe quæm perperam respondebit dignitati pastoris, allumptus ex
crepita culis. Vernacule. Mala cuca, un Prelado, prelado de castañeta. Virgil. 3. Æneid.
v. 661. Pendet fistula collo: & Manil. 5. Astr. v. 116.

Pastorem generant, cui fistula collo
Hæreat, & voces alterna per oscula ducat.

Hic divinitatem affectat, & fistulam inflat? Male sonat. Hinc cum fistula sibilus iungitur,
III

Descriptio
insipientium
arrogantiu.

Greg Mag.

Iob. 41. 25

lib. 5.

Infantia Ca-
ligula.

Zachar. 11.
15.

Vest. 17.

Infatuantur
per dig-
nitatem, se-
se abderiti-
tes in huma-
nitate Nu-
m.

Hieron.
Inexperit
ad dignita-
tem cur in-
dignus?
1. Thessal.
2. à 1.

Quò magis
perditus, ma-
gi elatur.

Hieron.

Cur fistula
conferant

Manil.

Dum auctoritate tribuitur, magis videtur. Plin.

Te. tull.

Quare cibum magis volentem adinfrare?

Cap. 12. 22

Ofec. 1. 1. Vanitatis pascitur, & pascitur vanitatis.

Jerem. 23. 32.

S. Bened. Cegitas affertionum quantal

Compendium stulticiae, Presiderentis.

ut idolum pastoris, sicut par est, celebretur. Sibilus despectus indicium est: 2. Paralip. 29. 8. & usquequaque in Jeremia. Hac est merces praesumptio culminis. Nomen sese cogitat, & sibilus buccis crepitat; illusa superbia & absque ulla pastoris confusione confusa; aequidem dum affectat divinitatem vanitatis simulacrum, tota subditorum adoratio desinit in turpissimum ludibrium. Evenit (inquit Plinius lib. 2. Epist. 11.) ut quod multi clamore permisso tuerentur, tacentibus ceteris, nemo dicere vellet. Igitur cum potentia timeatur, & scorsim praesumptio odibilis iudicetur; quos turba planus celebrat, frequenter uti stultissimos sibilat. Non enim cognoscant eminentia arroganti, insulis infatuati, furentes & vecordes sibilis designari; dum se arbitrantur tanquam Numina coli. At quid sunt? Voce magni, sed entitate nihili.

16 Astruit Tertulian. de Pallio, cap. 3. Caput (inquit) & alia bestiola vesticulum, de mediocribus oppido, sed non en grande. Chamaleontem qui audieris, iam timebis aliquid amplius cum leone: at cum offenderis, videbis illic audaciam, & gratiam nominis; quippe neque succus est corporis, ostentans vestitur, follicans ruminat, ac venter cibis. Idem Plin. lib. 8. cap. 23. Speculum obijcitur pastoris volantis super pennas ventorem in sibilum, atque vanitatis simulacrum; ut rideatur audacia & gratia maximi nominis, absque illo tueri co enitatis, undique totus figura, sine pastoris substantia, qui ore patulo vescitur, folli cans, buccifans pascitur, cuius cibus ventus, qui non est cibus. En insignia pastoris stulti, idoli; qui haussit divinitatem ex maiestate, subditorum stultitiam adoratione; eo quod condita cadunt ex eius imperio ad votum, & valet eius imperium, quo animus usque ad aethera extollitur, atque sinciput vacuatur: in eiusque expressionem bestia praese fertur magni nominis, sed inanis; quoniam ubi cogitatur throno & folio Numinis apparatus, uti in chamaleonte occurrit ventus & ventus. Subie mentem contradicito Propetarum in hortum vividam descriptione pastorum. Omnes pastores tuos pascit ventus: cicitur a Jeremia: ab Ofeca vero: Ephraim pascit ventum. Quomodo hi pastores pascunt, & mortuo pascuntur? Facile solvitur nodus, siquidem adinstar chamaleontis ventus est cibus. Vivunt proceres fucce dignitatum; quippe pro illis atque sine illis moriuntur; ventisque in dignitate dicuntur vesci, igitur fumivenduli pascuntur a vanitate. Ventis pasci, est aliquid sticer appetere, vel flagrando cupidissime scire, & ore aperto desiderare, 2. Mathab. 6. 18. & Jerem. 2. 24. In desiderio anime attraxit ventum amaris sui. Oppian. de Venat. 1. Aera lustrans sectatur odores. Haud coire videbatur, ventum vesci, & vesci vento; quod pastor stultus coniungit in folio: igitur ut pascat ventum vanitatis honoris; continuo pascitur ventis. In nullo alio idiomate vividius, quam in Hispano adagaliter: Por sustentat la vanidad en los oficios, beben los vientos.

17 Seducunt enim ficine artificio astuque maiestatis stupentes vel stupidas oves; sequentes illorum phantasias cerebri, quasi myteria praconizata a Numine. Ad prophetas somniantes mendacium ait Dominus: qui narraverunt ea & seduxerunt populum meum in mendacio suo & mirabilibus suis. Mirabilia & mendacia? Singularia prorsum in pravis pastoribus artis embolia; igitur scenam mutant per artem & vafricem, in populi seductionem. Quaequid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum: & quod voluerint, hoc putant non licere: inquit N. Patriarch. d. cap. 1. Loquuntur nonnumquam ex affectu, vel fastidia: signanturque opposita, ut illorum clareat affectionum in factionibus dementia: quandoquidem in odiosis, quae mirabilia mendacia; ac in suis, quae mendacia, mirabilia. Pastores vel incipias pueriles cognoscentes, extolli cupiunt in caelum; nec subditi contradicunt formidine, potestate debacchantium, frequenterque laudant, quae reprobare debuerant. Aliter duplice, quisquis veritati placet, iudicaturque suspiciosus in regimen, ni propendat in desipientia blandimen. Hoc pastores dicunt sanctum: verum subditis non licitum: etenim constitutus in quodam phantasia culmine, videtur non posse errare. Unde seducentes alios, seipsos seducunt, in quibus sine iudicio stultissime gloriantur: igitur quae mere delirantium somnia, volunt plaudii ut mirabilia. Mendaces sunt in stateris, quippe iudicia sine estimatione ponderis, & cerebrum vacuum maiestate furentium, magna & illustria vel ridicula vocantium: quandoquidem quae alijs potestatis desipientium deliramenta, illis videntur in regimine miracula. Auctoritas dimittit languidam mentem, ne cognoscant ipso iudicio languorem, caputque egere elleboro, ubi desipiunt in throno, graviore labore; quoniam non cogitant in desipientia desipere: imo praclarissima gesta, a phantasia ludente ineptissima mendacia. Miraculis suis, dicitur: non miraculis. Si sua, nequaquam mirabilia. Fiunt verbis & verbis prodigium multis; sed longe a momenti veritatis, dum vaniloqui blaterant, ut se commendat: nec rubent, cum ex

Operè evanescat gloriatio in deaurata fultate: siquidem sine auctoramine quod miraculum ostensum, totam apparet mendacium, atque subditi adorantes, converuntur statim in derisores.

18 Hac conditio sive iniquitas pastorum male multatur; essetque tolerabilis, ni in tyrannidem dominatio verteretur, exitu semper subditi inelici, qua de causa Sophocli in Aiae, v. 703. accinit:

Tyrannum bene colere, non facile.

Vel gratia ipsis ingrata; beneficiumque vendunt, in malis omittere plura. Beneficium Latronum olim dicebatur, non inferre malum summum. Exprimat Cicero in M. Anton. Philipp. 2. Quod est (inquit) beneficium latronum: nisi ut commemorare possint, ipsi vitam dedisse, quibus non ademerint? Hoc ergo est beneficium: non afficisse damno, non vim attulisse, iniuriam non fecisse. Consulte Lxi. Bisciol. Tom. 1. Horar subiecto. lib. 5. cap. 111. Exemplum habemus in truelcento Tiberio. Piscatori, qui sibi grandem mullum inopinanter obtulerat, perficari eodem pisce faciem iussit. Gratuitanti autem inter penam, quod non & locustam, quam praegranda ceperat obtulisset; locustam quoque lacerari os imperavit. Sueton. in eo, cap. 60. Sicine beneficia tyranni, offendi scilicet, munere. In omni genus crudelitatis erupit, numquam desolente materia (inquit cap. seq. & omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumque verborum. Mortem laevo supplicium putabat: adeo ut in recognoscendis custodijs, precanti cuidam poena maturitatem, responderit: Nondum tecum in gratiam redij. Liqueat truci Principis gratia, dum aridet insolentia caeca fortuna. Ipsi regnaverunt & non ex me: dicit Dominus. Ex se namque & non ex arbitrio summi Reioris regnant (ait Gregor. 1. p. Pastoral. cap. 1. qui nullis suis virtutibus, nequaquam divinitus vocati, sed sua cupiditate accensi, cum in regimini capunt potius, quam assequuntur. Quisq. digni, ab indignis iudicantur adversarij. Unde simulacrae occupantes vel capiunt, vel rapiunt culmen; erumpunt praecipites in tyrannidem. Sane uti infelix peribit (ait Claudian. de Bell. Gildon. v. 174.)

Si quisquam vultu praesentia damnet.

Laceratur lex, & non pervenit usque ad finem iudicium; propterea egreditur iudicium perversum. Meritis praclare notus (ibid. v. 170.)

Crimine pulsatur falso, si crimina desunt.

Dignumque ducit super huiusmodi aperire oculos suos, & adducere eum secum in iudicium tyrannus; prepens ac suffocans animam, ne possit liberè deglutire salivam: non enim potest adversus innocentiam ex iure valere, & cor eius altu congregat iniquitatem sibi. Idem in 4. Consul. Honor. v. 291.

Sors ista tyrannis

Convenit: invidiant claris, fortesque trucidant.

19 Per industrium Cephalo Itali parta imperata Atheniensibus victoria; igitur inermibus oblata scuta. Accusare illum emulus accusandus cogitavit; sed nihil in accusationem invenit. Pravo corde, tantum sollicitabat accusare, ut vincere possit accusatione, quod nequibat crimine: patuitque malignus ipse vecordia tyrannus, dum ut victor viaceretur, crimini datus est triumphus, atque nota dedecoris, gaudium & gloria universa civitatis.

Iste iustior omnibus accusatur, Per totam vitam non habens accusationes. Adversarius ut vinceret, accusavit, Qui habuit criminibus, ut semper accusaretur.

Ita Ioann. Zetzus Histor. 34. Chiblad. 6. Victoria cecidit, qui in castris vicit, sine crimine, sine lege, patre & actore & iudice: etenim ubi iniquus cum potestate in throno; sufficit in damnationem vel innocentiae accusatio. Ita ille alius apud Petronium dicebat, Carm. 4.

Hoc amo, quod possum qualibet ire via.

Ita a tyrannibus dicitur: Quod moritur, moriatur; & quod succiditur succidatur.

In scelus addendum scelus est, in funera funus.

Ut accinit furentis ex Althaea, Ovid. 8. Metam. fab. 4. At unde huiusmodi saevitia? Arbitror a fortunae potentia. Videte & admiramini & obstupescite (inquit Habacuc) quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credit, cum narrabitur. Quodnam opus? Chaldaeos, gentem amararam. v. 6. Pastores vocat Jeremias, 6. 13. Venient Pastores, &c. Pastores

Sophocl.

Cicer.

Quid sit beneficium latronum

Sueton. Gratia ingrata tyranno

Idem.

Ofec 8. 4. Greg Mag

Dignitas usurpata tyrannidem convellit. Claudian.

Idem.

Aqua etiam fustilia rebba

Idem.

Accusatur merito ab accusantis.

Z. tzetzi

Petronius. Zachar. 1. 2.

Ovid.

Habacuc. 1. 5.

Verf. 7. *Judicium Profundum si p. stellate esse lege iudicium.*

res ita amari, quorum micant oculi & riget horrida cervix? Utique. *Gens horribilis & terribilis est.* Densis hatilibus rigent, ac cuspe terrent; unde gregis labor. Alia, ni fallor, ex origine terror. *Horribilis & terribilis est, ex semetipsa iudicium & onus.* Profecto iudicium pastoris grave; ubi onus ex lege victoris, & non est lege. Iudicium sit pene ius: aliter iudicium nequaquam est; etenim cum sine lege amor proprius decipiat, ut non ceat & ira sententia ex abrupto subscribat; terribile sane ac durum, quando sententia tantum à iudicio pastorum: igitur iudicium, ubi lex pastoris animus; non est iudicium, sed onus. *Iudicium a semetipsa.* Silent leges inter arma. Valet gladio miles, quin strepitu audiatur leges; cuius imitatione terribilis sunt in regimine pastores: quandoquidem in iudicio gregis calamitas summa; si pastoris iudicium à dignitatis potentia. *Pro lege eis est desideriorum voluptas:* inquit Benedictus Pater, quò dudum. Hæc lex? Lex tyrannicis, quò non fas: obijciturque iudiciorum terror, & iudicium horror; quoniam onera & nullo modo iudicia, quando pro lege pastorum ingeruntur desideria. Innuat Ennius succinens: *Tollitur è medio iustum, & vigor res. Non ex iure manu consertum, sed magis ferro.*

S. Bened.

Ennius.

Ius illorum in armis.

Senec.

Alapid.

Modus sine modo.

Specimina tyrannidis.

M. Senec.

Mich. 1. f.

S. Prosper.

Finguntur ubi crimina desunt.

Ierem. 23.

17.

Impunitus impij pastoribus vivit, qui per scelera placet.

Ius est in armis, lexque sagitta in manu potentis, quò introitu tyrannicè insolescunt pastores; leges non habentes pensì, in qualibet sine fronte, cuncta manipantes ferro & igni; ut vivere possint adinstar militum, quorum iura in iudicijs quicquid violentum; cum possint plas, qui plus possunt: igitur eunt in adventionibus, transiente in affectum cordis onere gregis, lege fustibus & armis. Senec. in *Herul. firent. v. 108.*

Sceptra savi duro regunt imperio.
20 Textum exponit Alapide, & suffragatur propositum. *Ius omne (inquit) ponunt in armis: non ratione, non legibus ducuntur; sed pro sua dominantis libidine, decernunt de alijs quod volunt tyrannide, & quod statuerunt, exequuntur.* Nonne terribile & horridum, isthoc pastorum iudicium? *Ægrè sane fertur, quod tyrannicè fiat dominandi libidine, quod debet exequi lege, iudicio, ratione: equidem gregi dumtaxat pondus, ubi pastor illius ita tyrannicus, quod iudicium regiminis sit ad prolium, ac subditorum ludibrium: leges in malaciam potestatis, iura in libidinem muneris, consilia in vota phantasia ludentis, iustitia in cupiditatem illius imaginacionis; quippequam animo fecidit, & plus quam licuit, in auctoritatis flamen, ac maiestatis superbum ostentacionem.* Astus enim artificiosè pravelet, ubi occurrit, qui non placet. Vide legem ex dominantis animo, extra animum legis. *Lege factam est* (ait Marc. Senec. in *Excerpt. Controvers. lib. 6. declamat. 3.*) *imò nihil violentius, quia lege factum. Si quid aliter factum est, per se irritum est. Circumscrip tio semper crimen sub specie legis involvit. Quòd apparet, legitimum est: quod laetè, insidiosum. Semper per ius ad iniuriam venit.* Hi pastores iuxta Prophetam *sanctificant praelium.* Praelium propter vehementiam gravamius: sanctificatorum propter larvam iusta legis, etenim subdole scena ornatur, & sine pudore publico per ius ad iniuriam itur; ut ira celetur prave affectionis, specie nitida, velamine sanctorum. S. Prosper. *Epigram. 32. in rem succinè:*

Impia pars unat parti est infesta piorum: Nec tolerare potest dissimiles animos.
21 O pastor & idolum! Ita est preparatio eius, ut in amaritudine patientis iniuste moretur oculus, deaurata persecutione; licet mentiar iniquitatis sibi, in pravo pastore, qui animam accipit in vanum, adversus proximos accipiens opprobrium. Sic enim eius iudicij in ónus directio in eum, cuius presentia displicet. Quid cum illo, cui propense, studeos favet? In illum voluptuose ac dulciter rapitur, & iniquis benedicuntur. O hominem lepidum! Maioris aestimacionis ridiculi (Vernaculè: *Bufon*) & scyophantæ gratia, quam Dei offensa! Queritur de huiusmodi iudicio pertzsum Numen, *Dicunt bis, qui blasphemant me: Dicit Dominus: Pax erit vobis, & omni qui ambulat in pravitate cordis.* Elucet enim à semetipsis iudicium ad socios iniquitatum, iuxta affectionum libidinem, & nequaquam iuxta legem; igitur cum ipsi ex se leges efforment, iuxta & erga que placent & displicent; nihil adversum exponitur, licet tota lex à delinquente frangatur. Impunitus vivet, qui pastoribus per scelera placet: siquidem ab illorum disoluta potentia ponderatur sine pondere flagitia: dicunturque commendabiles virtutes, manifeste iniquitates. Modò à socijs vel turpissima plaudantur; quid ad illos, quòd Dei nomen usquequaque blasphemetur? Quò plus sceleris, maior abundantia pacis, atque tutela pastoris, iudicium proferentis diversum, dum interrogat in idem iustum & impium. Hunc humiliat, & hunc exultat: pacemque ipso discrimine annuntiat: quippe nihil aliud sunt, quam

quam oppressio iustorum, atque tutamen nocentium. Terent. in *Pborm. Act. 2. scen. 2.* verf. 16.

Non rete accipitve tenditur, neque milivo, Qui male faciunt nobis, sed illis qui nihil faciunt.

Hæc impij pastoris ad nutum sublimis, inviolabilis auctoritas. Dar veniam corvis, vexat censura columbas, ex potestate plenissima muneris in complementum tyrannidis.

22 Videbor in littera textus nimis didascalicus; verum fuit operæpretium, ut suis coloribus mores pingerentur pastorum; quorum manus sacrum, & in usu sacerrimum exercitium, de quibus Dominus queritur, quoniam in ovibus patitur. *Hi sunt* (ait Calfiodor. in *Psal. 73.*) *quorum si mares afflaverit rubiginosa auri aura; confestim videbis oculos Argi, manus Briarei, & Spbingarum unguet, periuria Laomedontis, Ulfis argutias, Sinonis fallacias, Poiymeforis fidem adhivori. Hi sunt in convivijs scurre, in exactionibus Harpyis, in colloctionibus bestia, in questionibus statua, ad intelligendum faciet, ad iudicandum ligni, ad ignoscendum ferrei, ad amicitiam parad, ad factias ursi, ad fallaciam vulpis, ad superbiam tauri, minotauri in consumundum. Nullum genus hominum, ordinum, temporum cordi est: adimunt enim cunctis iura, distinctis privilegia.* Generalis huius miteria speculum obijcitur; sed perspicuius apud Iudam in *Epist. videtur*, à v. 4. *Pudeat erigi in sacris, quod etiam ratio averlabatur in Ethnicis. Ita in Panegy. Traian. Plinius: Non de patientia nostra triumphum, sed de superbia Principum egisti.* Principi nostro quanta concordia quantisque contentus laudam omnisque gloria consistit; ut nihil severitati eius bilantate, nihil gravitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detrahatur: Qui non aliter in ministerio pastorum, omne tulit punctum. Grex enim verum cognoscit pastorem, commoda atque utilitates commisit sibi populi curantem. Ministerium enim complet, si, uti pastor, doctrinae opportunit de & veritate infirma confirmet, disrupsa consolidat, asprovata concortat, & seronum vitæ in aternitatis cibum alenda familie disponat. Hacenus Hilarius in *Matth. Canon 27.* Perperam itaque respondebit muneris, vita gentijs vel aulica, pollicia agendi ratione; quo ligata dissolvit, recta pervertet, ægrota transibit, sana ulcerabit, congregata disperdet, teabiosa fuscipiet, relicta relinquet, atque pingua vorabit & devoravit; pastorem videntibus cunctis adversus ereditum opus (Ovid. 2. de *Art. v. 148.*)

Ut pavidum solitos in pecus ire lepos.
23 Pro expositione nostri pleonasmici textus, præmittendus est Sacrae pagine usus, in coniunctione nominis verbalis & verbi eiusdem significationis; ut notetur in argumento materia & actio; sive munus & muneris exercitium. Diximus fusè *Tom. 6. T. 5. à n. 37. & 8. à n. 45.* ad illud *Rom. 12. 7. Sic ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando.* Eodem in sensu *Proverb. 8. 15. Reges regnant. 1. Escl. 7. 25. Iudices iudicant. 2. cap. 9. 27. Salvatores salvarent. 3. Reg. 22. 10. Propheete prophetabant. Psalm. 3. 6. Sacrificate sacrificium. Adoratores adorabant, citharodorum citharizantium, Ventilatores ventilabant, Thesaurizate thesauros, & ut infra videbimus, Fures furavi, & Custodes custodire. Eiusmodi loquendi modus etiam celt Helenismus. *Homer. 16. Iliad. v. 202. Minas minabimini. 4. Odyss. v. 524. & 17. v. 430. Speculatores ad speculandum.* Euripid. in *Hippolyt. v. 468. Techo ades techa.* in *Supplic. v. 1054. Ornatu corporis ornas.* & in *Helen. v. 1380. Baccans comâ baccantium.* Sophocle. in *Atac. v. 378. Sceliffimum scelus.* Scylum amulatus est Plaut. in *Trinum. Act. 2. scen. 4. v. 93. Consetur censu.* In his & alijs testimonijs cura sollicita conatus in exactione actionis exprimitur, quasi ad votum atque operationis ordinem exitu felici nullo modo frustreretur. Siccine intelligitur illud: *Fures furantur.* In geminatione non tam actio significatur quam ars, varieties, studium in actionem & artificium. Unde Arab. *Fures induftriosè laborant, ut furentur.* Incumbunt, ne cognoscantur; & explorant, ne explorentur. *Cave, ne videat te aliquis exiens.* Terent. *Heautont. Act. 2. scen. 1. v. 6.* Ita enim iteratur à N. Servatore sententia. *Tur non venit nisi ut furetur.* Idem, occulte bona rapiat. Non solum obijcitur in actionem usus, sed etiam modus, ut constet pastorum patientium passus, dum fugiunt in ipso munere munus: quandoquidem in exercitio patientium, officium habent luporum. *O praeclarum custodem ovium, lupum!* ait Cicer. *Philipp. 3.* & Iuvenal. *Satyr. 6. v. 346.**

Sed quis custodiet ipsos custodes?
Ita igitur res, usus rerum, & ad usum actio demonstratur, quo vividius propensio eum conatu & operationis ostenditur; modo violentiam in vexacione exprimente, ut pastores *Tom. III. Taut.* Ecc in

Terenti:

Cassiodor. Descripsit conditionis illorum.

Plin:

Hilar:

Ovid. Ierem. 23.

Matth. 6. 17.

Ioann. 10. Expositio 1.

Iuvenal. Aliquando exprimitur res, rei usus, & ad usum actio.

in munere consent lupi. Ezech. 18. 1. 2. Rapientem rapinas: idest, auferentem bona aliena, non solum astu, ac dextrè; sed rapacissimè, apertaque fronte abique iudicis legisque formidine, nec Dei timore. Perficuò ibid. cap. 2. 2. 9. Rapiebant violentes: ex violentia constat rapina, & demonstratur modus furti, in dominum coactione, quamvis oppressioni resisteret, seque & sua totis viribus defenderet. Violenter tollitis pelles desuper eis, &c. Mich. 3. 2. Non in latrocinio furantur furando, sed uti lupi, rapiendo. Quint. Ca- lab. lib. 3. v. 600. Res rapiunt & ferunt, vellut capillos ex capite radicibus excellentes. Di- philus apud Clem. Alex. 5. Strom. cap. 7. & Philemon apud Delt. in Senec. Troad. v. 370. signant discrimina in furto. Rape (impiant) furare, fraudam, misce, pradare, diripi- pe, spolia. Iliad. 8. 1. Spolia, detrabe, pradare. Ideo lupis confectur pastorum in gregem proterva iniuria; quippe ab illis quod factum semper violentià. Virgil. 2. Aeneid. lib. 2. v. 355.

Ez ch. 21. 29. Q. Calab. Expositio 2. Cur pastores dicuntur in- pis

Virgil.

Ibidem. Irenio & an- tiphrasti.

Expositio 3.

Vi gil.

Ezech. 34. 1. & 5. Quod ob in- stitutum des- cendit, quasi- num esset.

Antilogia.

Nihil & in- uide paria.

Senec.

Ex. positio 4.

At si secun- dus pro pri- mo, & po- tentia in a- ctum.

Inde lupi ceu Raptores atra in nebula, quos improba ventris Exegit cecos rabies, catulique relicti Faucibus expectant sicci.

24. Ad pastores qui pascunt fit Dominicus sermo; sed quantum anguror, constat sarcasmo. Ironice Deus loquitur, quoniam gregis à pastoribus minime pascébatur: non enim illos etiam minando moneret, si gregem pascerent. Vos dispersistis gregem meum, & occistis eos, & non visitastis eos: suscitabo super eos pastores, & pascunt eos. Eie- cio, dispersio, ac obliuio gregis nec speciem denotat pastoris: unde si suscitandi, qui pascant; signum, quòd qui pascunt, minime pascunt, sed devorant: & qui devorant oves; non sunt pastores, sed lupi rapaces. Ad auguent Maro, d. lib. 9. à v. 59.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili, Cum fremit ad caulas, ventos perpeffus & imbres Nocte super media: tuti sub matribus agni, Balatum exercent: ille asper & improbus ira Sævit in absentes: collecta fatigat edendi, Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces.

Astruitur apud Ezechieliam, cui dicitur: Propheta de pastoribus Israel: additque Dominus: Dispersæ sunt oves meæ, eò quòd non esset pastor. Pastores utique in Israel: & non erat pastor; quia nullus pastorum respondebat officio. Quod ab instituto abest, quasi perijisset. Sol occidit. Eccl. 1. 5. Sol non occidit, sed nobis occidit; quia nobis non lu- cet. Eodem in sensu, Stella cadent de caelis. Match. 24. 29. quippe sine splendore, quasi accidissent ab æthere. Jerem. 4. 25. Non erat homo. Eadem querimonia Diogenis inter tot Athenienses. Laurent. Hæchten. Atrocissim. Emblem. 38. Erafm. Apophthem. lib. 3. & Diogen. Laert. in eius Vit. Inter septem millia virorum, de se dicit Elias, 3. Reg. 19. 14. Derevicius sum ego solus: igitur nemo illorum ausus est præter illum ob virtutem, Dei constanter defendere honorem & contra Regem. De Iosepho dicitur: Natus est ho- mo. Eccl. 49. 17. Quis non? Etiam infans homo est, & non est homo, etenim causâ atati deficit ratio, ex qua hominis perfecta in hominem constitutio. In infante non est (air Senec. Epist. ult.) Potest esse, sed non est: tantum abest ab infantia, quantum à primo ul- timum: quantum ab initio perfectum. Homini bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. Vide dicta Tom. præced. T. 1. n. 31. Ita igitur quodlibet est, vel non est, præter operatur vel non operatur iuxta instituti conditionem, qui naturaliter, vel ci- viliter addicitur. Qua de causa cum officij pastoris sit gregis quæerere commoda, nequa- quam ex grege sua; inter tot pastores Israel, pastor non fuit; quoniam qui ministerium non implet, in illo quasi non esset. Pastor qui nomine & dignitate; non est pastor, sed gregis terror; & horror: quandoquidem minime flectantur in gloria pastoris nomen; sed in directione salubrioris pascuis proficuum utilitatem. Modò fat in regimen magna no- mina, regere quibat statua.

25. Elucebit liquidò sententiæ propositum, si observaveris pro primo in Scriptura actum secundum apponi; de quo alibi fufus egi. Rom. 1. 9. Cui servio in spiritu meo: hoc est, cui deo servire. 1. Machab. 4. 50. Accenderunt lucernas, que lucebant in tem- plo: nimirum, quæ lucere debebant in templo iuxta legem: Exod. 27. 20. Psalm. 101. 27. Ipsi peribunt: scilicet, perire possunt, verum tu idem ipse es & eris, quia deficere non potest. Ioann. 8. 17. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: videlicet, non debet, nec potest ambulare sine luce. Rom. 14. 2. Alius enim credit se manducare omnia: nempe; pos-

posse omnia manducare. Sic alia obvia. Ambrosius, 1. Officior. cap. 18. de Virgine ab Angelo salutata, insit: Nec alium responsum reulit, nisi ubi de suscipienda Domini gene- ratione cogitavit: nimirum, voluit cognoscere. Lucan. 2. Pharsal. v. 157. Permissaque vicia sepatis: idest, corporibus sepehendis, uti præmisi, Tom. 7. T. 2. n. 38. Non secus in nostra Tautologia. Pastores, qui pasciant: q. d. qui gregem pascere debent. Maluend. hic. Quorum est pascere. Maldonat. Qui pascunt suo nomine, & pastores appellantur: vel qui pascere profitentur, vel qui pascere debent. Similiter Ezech. loc. cit. v. 2. Nomen gre- ges à pastorebus pascuntur? Hoc est, debent pasci? Eadem acceptione apud Matth. 4. Ubi fures furantur: Ubi fures non furantur: putà, ubi possunt furari, ubi nec furari pos- sunt. Accipitur actio pro potentia; quo dissolvitur antilogia, non pastorum & pascen- tium. Simulabant pascere: ut ait Doctis. Sanctius. Unde si pastores non pasci debent, sed pascere; gregem nequaquam pascentes, in pastorum munere non pastores. Habebant enim dignitatem, sed non actionem. Mercenarius & qui non est pastor: dicitur à Christo. Exiit pastorem, qui suam respicit mercedem: equidem mercenarij & non pastoris proprietates, oves creditis non spectare diligenter uti proprias. Populi vorator Rex: & non populorum pastor: dicitur Agamemnoni ab Achille, apud Homer. 1. Iliad. v. 230. Præpostere pastor dicendus, qui ubique & undique infatiabilis lupus. Ovid. 11. Meta- morph. fab. 3.

Ambros. Expositio 5. March 6. à 19. Antilogia. Ioann. 10. 12.

Ovid.

Pastores pro Principibus.

Geminatio pro Emergan- tia.

Expositio 6.

Ioan. 10. 8.

Geminatio pro superlativo.

Francisc.

Kilian.

Latro pro caculo.

Martial.

Et lupus perstat dulcedine sanguinis asper.

26. Dilatit Hebraismus geminationis affonæ, æquivalentià vocis diversæ: igitur uti diximus, num. 4. rectores & principes olim vocabantur pastores. Jerem. 2. 8. Pastores præparati sunt in me: nimirum, Reges Iuda. Clarius cap. 5. 1. 25. de Babylone: Colli- dam in te pastorem, collidam in te duces & magistratus. Unde cum ex nomine & verbo coalescit sententia eiusdem significationis; delicatur alius sono vocis aquipollentis; ut Tautologia, adhuc materialis, non sit, quippe propositum clarum deponit distincta vox. Sic enim Pastores gregem pascere, est, pastores gregem regere & dirigere. Ita Hie- ronym. hic. Qui non dignè regunt oves Domini. Sanctius d. Pastores, qui præsumt gregi. Syr. Qui gregem moderantur. Clem. Alex. uti vidimus sup. Gregis hominum curam gerunt & providentiam. Utiur Hellenismo Euripid. in Rhes. v. 482. Principatus impero. Iustin. Hist. lib. 15. Exercitus Macedonum non ducibus, sed Regibus regeretur. Demon- stratur numeris pastorum copia per pastum, regimen ac directionem, quasi opus ac exer- citium in dignitatis specimen. Hinc ubi Hebr. Pastores pascetes, Chald. Pastores guber- nantes. Non enim ab his, de quibus queritur Dominus, ministrabatur gregibus pascuis: propterea fures erant & latrones, quibus non curæ curare commoda gregis. Munus pas- torum sacerdotibus congruebat: ac cum eorum vita à moribus Principum secularium haud differendabatur; dixit Iliad. 1. 23. Principes tui infideles, facij furum: idest, sacerdotum; quia fur non venit, nisi ut furetur, & macet & perdat; nec aliter illi fecerunt, cum gregi deberent fulgere norma virtutum: quare Alector N. de illis dixit: Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones.

27. Discrimen esse inter utramque vocem, patet ex textu: ni, per duplicem gemi- nam vocem, idem significantem (more Hebræorum) innuetur superlativum: quasi dice- ret, Latrones famulati insignes: quo sensu Scraphicus Pater in Regul. 1. cap. 8. de pro- priario insit: Omnes fratres teneant eum pro fure & latrone. Pro scelerato nempe, sin- gulari latrone. Petron. Satyr. pag. 27. Vester atus latro, & ipsis latronibus doctior. Cornél. Kilian. Epigramm. de Nationib. accinit, n. 5.

Fur, latro, incestus, stuprator, turpis adulter. Homer. 19. Odiss. v. 247. Dormierunt & somnum acceperunt: q. d. largissimè dormie- runt. Ita Psalm. 3. 6. Dormivi & soporatus sum: de quo fassè Tom. 7. T. 2. Frequens in Scriptura eiusdem conceptus vox geminata pro scellu. Deuter. 28. 20. Famen & esu- riam: pro fævissima fame. Iai. 5. 6. Vepres & spina: cap. 29. 2. Triffis & marens: & alibi alia consona superlativum & epitalim sonant. Adi Prolog. Galeat. 5. 4. n. 5. Ne ergo in nostro argumento aliquid desideretur; acceptiones utriusque vocis & separata & complexæ expenduntur lectori. Omittimus vocem latronum apud Romanos pro calca- lis: etiam apud Nostros, latroneulorum ludus vocatur: Ageænez. Ovid. 2. de Art. à v. 29. Martial. 14. Epigr. 20.

Insidiosorum se ludis bella latronum, Geminus iste tibi miles & hostis erit. Videlicet hic Domit. Calderin. & Iul. Casarem. Buleng. de Laudis Votæ. cap. 60. Tom. VIII. Taut. Ecce 2 La-

Latro pro milite.

28 Latro etiam in Biblijs accipitur pro milite, vel armato. 2. Paralip. 22. 1. Maiores nati interfecerunt latrones Arabum, qui irruerant in castra: hoc est milites, ut constat ex cap. antec. v. 16. De Amalecitis qui incenderunt Siceleg, & captivos duxerunt civem, interrogat David, 1. Reg. 30. 8. Persequar latronesque hos? 4. Reg. 5. 2. De Syria egressi fuerant latrones, & captivam duxerant de terra Israel puellam. Ibid. idem cap. 13. 20. & 24. 2. Occurrit Antilogia, cap. 6. Postquam ductu filicii milites Syriae, aorasia subobcecata, pervenerunt in Samariam. quod Propheta inhibuit peccati, & insit lepidi pasci; dicitur: Ultra non veniant latrones Syriae in terram Israel. Factum est autem post haec, congregavit Benadad rex Syria universum exercitum suum, & ascendit & obsidebat Samariam. Si milites latrones, & venerunt milites; quomodo non ultra venerunt in terram Israel? Facile expeditur ab hocce nodo ex usu paginae sacrae, & frequentis Hebraismi: etenim To Non ultra & alia similia non intelligendum pro Numquam; sed pro longo tempore, vel discontinuatione expeditionum hostilium; quia non ita frequenter, sicut prius fiebat excursus Syrorum in terram Israel. Vel si irruerint, dissimili profusum exitu, quippe multati & male habiti, cum damno gravi per viam qua venerant in castra reverfi. Dixi, Tom. 5. 1. 6. n. 24.

Antilogia.

4. Reg. 6. 23. 24.

N n u'era pro ingenio 18. pore.

Ioseph.

Valer. Maxim.

Tacit.

Virgil.

Capitolia.

Plutarch.

Juvenal.

Plectitur qui furatur parces: felix qui regia.

Hieronym.

Virgil.

Seneca.

29 Alia rimor. Latrones ac latronculos scilicet dici milites, qui turmatim confinia in pradam vexabant. Nostrates: Parridas fueltas. De Praside Syria ait Ioseph. 20. Antiq. cap. 1. Ptolomeus latronum principem, vincitum ad se perductum, qui plurima damna intulerat, captus damnavit. Apud Romanos dicebantur Vagi, adventitij, ex quibus aliquando Velites, sicut modo Scythae. Valer. Max. lib. 2. cap. 10. n. 2. Ad Scipionem Africanum complures praedonum duces videndum eodem tempore forte confuixerant. Tacit. 2. Annal. cap. 66. Mutatione Principis (ait) immutare latronum globos, &c. & lib. 11. cap. 27. Germaniam trepidatum adventu Catorum, latrocinia agitantium. Virgil. 9. Aeneid. v. 613.

Convectare iuvat pradas, & vivere rapto. Praedones enim milites, qui duces seorsim habebant, nec sub signis Regum, aut Imperatorum mercabantur, nec ingrediebantur castra. Antoninus Caesar voluntarios, quos obsequentes latrones vocabat, praepotentes militiae armavit. Capitolin. in eo, & Alex. Neap. lib. 5. cap. 22. Errones etiam, qui conglobati simul, vel per turmas extra exercitus corpus hostiliter grassabantur infensi. Patet ex Hebraeo; igitur pro Latronculi, legit: Societates. Iudic. 11. 3. Congregati sunt ad eum (Iephthae) viri mopes & latrocinantes, & quasi Principem sequebantur. Plaut. in Pseudol. Act. 1. scen. 5. v. 11. Prade praedatoribus. Hinc apud Bractianos, qui pauca furantur, spuis debonestari solent: inquit Ravif. Textor. lib. 7. Offic. cap. 48. Ita ergo suspendere Alexander insit pyratam, qui prado maria infestabat, transientes divexans & spolians: cui interpede clasiarius dixit: Orbem rapis, & Res diceris; & ego pyrata, nihili exerens vel invidium latrocinia? Plutarch. in Alexandr. M. Cato, apud Gall. 11. cap. 18. Fures (inquit) privatorum furtorum, in nervo atque compediibus atatem agunt: fures publici in auro atque purpura. Ridet Iuvenal. Satyr. 14. v. 22.

Tu felix, quoties aliquis tortore vocato, Uritur ardenti duo propter lintea ferro? Unde cum armis nonnumquam accincti latrones: latrones dicebantur, qui adinstar militum ad stabant accincti. Genes. 49. 19. Gad accinctus praebabitur ante eum; & ipse accinetur retrorsum. Hieronym. hic in Tradit. legit: Gad latronculus latrocinabitur, & ipse latrocinabitur plantam. Maluend. ex Hebr. Turma turmatim excurret, grassabitur, populabitur. Clare Eccli. 36. 28. Quasi succinctus latro, exiliens de civitate in civitatem. Ingenuus ergo modo delicatur Antithesis: q. d. Turmae vagantium levi armatura militum, in latrocinia non venerunt ultra in terram Israel ex Syria; sed Benadad congregavit universum exercitum, ut expugnaret Samariam, & popularetur totam terram Israel. Iam non per decurias, aut centurias bellum adorsus, sed Syriae, afflictae cladibus, totis viribus. Cunctis ergo copijs, minime per praedones turmatim milites; de quibus & illorum ordine Virgil. d. lib. 5. v. 560.

Tres equitum numero turma, ternique vagantur Ductores: pueri his seni quemque secuti, Agmine partiti fulgent, paribusque magistris. 30 Inter Profanos huiusmodi acceptio communis. Senec. 1. de Benef. cap. 13. Alexander a pueritia latro (miles, nempe) gentiumque vestator: & Praef. in 3. Natural. 99. in

infite: Philippi atque Alexandri latrocinia, exitio gentium clari. Plutarch. in Mario, de Hispanis: Pulcherrimum latrocinari. Iul. Capitolin. in Maxim. & Balbin. ait: Alter Imperator, qui obvium cum exercitu latronibus pergit. Ennius Annal. 1. Fortunam aquas cepere latrones. Latrones diei faecesunt. Phrafsi dicitur a Plauto. In Scib. Act. 1. scen. 2. v. 78. Latrones homines magnipenditis? Fuscus in M. lit. 1. 1. a. v. 74. & 2. 6. v. 18. subdit: An quia Latrocinamini, arbitramini, Quidvis licere facere vobis?

Plura congerit hic Frider. Taubm. Douza Centur. Plautin. lib. 1. cap. 24. & lib. 4. cap. 4. simulque Maluend. 6. de Anti-Christ. cap. 6. Latro modo male audit, pessimeque sonat: cum olim accepta in honorem, seu boni consulta, ut alia voces, Hostis, Tyrannus, mercetriz, Eunuchus, Demon. Adi. Tom. 4. T. 5. a. n. 12. Dicit ergo milites latrones iuxta Marc. Yarron. 6. de Ling. Latin. quasi laterones, quia circum latera Regis, vel ad latera in defensionem habebant arma, quos postea a stipatione stipatores appellati: vel quia condacti mercede, quae Graece Latron dicitur. Festus faveat: Latrones eos Antiqui dicebant (infite) qui conducti militabant: at nunc viarum obsessores, quod a latere adnuntur, vel quod lateenter insidiantur.

31 Quicquid sit (huiusmodi derivationes flocci facio) acceptio communis est pro grassatoribus, praedonibus, raptoribusque. Ut luxulenti homines surgunt de nocte latrones. Horat. 1. Epist. 2. v. 32. Unde quia frequenter in armis, pro sicarijs, & amarulentis, trucibus sine humanitatis specie, designantur. Gregor. Nazianz. de Christ. patient. Traged. prope finem, fucinit de Apostolos fugientibus: Timentes scilicet adhuc Latronum barbaram & diram manum.

Senec. de Constant. cap. 7. Non minus latro est, cuius telum opposita veste elusum est: & cap. 9. pro perdidis, subdit: Interrogatos latrocinia sunt. Petron. d. pag. 47. Qui ignotos laetit latro appellatur. Prov. 23. 28. Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viaverit, interficit. Propter huiusmodi mores invenit incimam cognitionis familiaritatem inter Militiam & malitiam; Bisciol. d. Tom. 1. lib. 11. cap. 3. vigilantissime ostenditur Ezech. 18. 10. Si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, &c. Septuagint. & Hieronym. Pestilentem, Origen. Perniciosum, obligurientem, iniquum, raptorem. Hebr. Pharijs: hoc est, grassatore, furem, latronem, perfossorem parietum, & exterminatorem. Haec enim vitia avaritiam & ostiositatem comitantur, quousque tandem in supplicium ac exemplum suspenduntur. Furtum enim est contractatio malitiosa, fraudulosa & fraudulenta, lueri faciendi gratia, vel re vel eius usu. Insit. lib. 4. de obligat. quae ex delicti nascitur. Vid. Pavon. p. 2. Natur. Theol. n. 5414.

32 Inter Scythas furtum execrabile crimen. Iustitiam colunt, non legibus, sed insit ingenij promptitudine: furti crimen apud eos longe gravissimum: ait Cael. Rhodigin. lib. 18. cap. 14. ac de Indis, ibid. cap. 31. infite: Furto se alligasse, scelus apud eos nefarium. Apud Lacedaemones in laude erat. Plutarch. in Apophthegm. & etiam in Institut. Lacon. ac in Vit. Lycorg. ait: Afferunt furto surrepta ex bortiis, in quos se clanculum, admodumque caute & astute insinuant: qui enim deprehendantur, eis multa flagro verbera ingeruntur: quod negligenter & imperite sint furati. Astruit etiam Xenophon recales morem in Cyropod. libi: Nimirum patet, eum qui aliquid sit furto ablaturus; necesse habere, ut noctu vigilet, interdum fallas, & insidias loet. Insinuat quoque Krantius, Histor. Vandal. lib. 1. cap. 7. Gruter. in Senar. canit.

Latrocinari, gloria est, non dedecus. Insit. lib. 43. de Phoenicibus: Latrocinio meris (quod illis temporibus gloria habebatur) vitam tolerabant. Similiter de Hispanis, cap. seq. Armis & rapinis, seruiunt. De Romanis, Ovid. 3. Fastor. v. 03. (quia, ut ait in Agricol. Tacit. cap. 30. Raptores orbis) Sape domum veniunt, praedonum sanguine lati: Arma fera gentis remque decusque dabant.

De Graecis cunctis, Thucyd. late lib. 1. Consule Aul. Gell. 11. cap. 18. Cael. Rhodigin. lib. 18. Lect. antiq. cap. 1. Diodor. Sicul. 2. Biblioth. cap. 3. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10. Herodot. lib. 4. n. 25. & 5. n. 70. Dion. Chrysofom. Orat. 1. Vopisc. in Procul. & Homer. de Autolyco, 19. Odys. & 23. de Ulyss. Ita inolevit aviditas in aliena, ut inter Aegyptios instituta lex ridicula, iubebat eos, qui furari volebant (scribit Kircher. 1. Oedip. Syntagma. 2. cap. 2.) nomen suum apud Principem Sacerdotum scribere, atque vestigio sur-

Capitolin.

Plaut.

Latrones pro stipatoribus.

Festus.

Horat.

Pro grassatoribus.

Greg Naz.

Pro perditis

Ezech. 18. 10.

Latronis que vitia sunt.

Quid sit furtivum?

Cael. Rhodig.

In quibus nationibus execrabiles

Plutarch.

Quibus plausibiles Xenoph.

Gruter.

Ovid.